

currit in terrae orientalem plagam inter regiones Suriquorum ac Stecheminorum vulgo *Suriquois* et *Stechemines* ad fluvium vulgo nomine Sanctae Crucis appellat et ad scaturiginem remotissimam sive fontem ex occidentali parte ejusdem qui se primum praedicto fluvio immiscit unde per imaginariam directam lineam quae pergere per terram seu currere versus septentrionem concipietur ad proximam navium stationem fluvium vel scaturiginem in magno fluvio de Canada sese exonerantem et ab eo pergendo versus orientem per maris oras littorales ejusdem fluvii de Canada ad fluvium stationem navium portum aut littus communiter nomine de *Gathope* vel *Gaspie* notum et appellatum et deinceps versus euronotum ad insulas *Bacalaos* vel *Cap Britton* vocat reliquendo eandem insulas a dextra et voraginem dicti magni fluvii de Canada sive magnae stationis navium et terras de *Newfoundland* cum insulis ad easdem terras pertinentibus a sinistra et deinceps ad caput sive promontorium de *Cap Britton* praedict jacen prope latitudinem quadraginta quinque graduum aut eo circa et a dicto promontorio de *Cap Britton* versus meridiem et occidentem ad praedict *Cap Sable* ubi incepit perambuletio includen et comprehendens intra dictas maris oras littorales ac earum circumferentias a mari ad mari omnes terras continentes cum fluminibus torrentibus sinibus littoribus insulis aut maribus jacen prope aut intra sex leucas ad aliquam earundem partem ex occidentali boreali vel orientali partibus orarum littoralium et praecinotium earundem et ab euronoto (ubi jacet *Cap Britton*) et ex australi parte ejusdem (ubi est *Cap de Sable*) omnia maria ac insulas versus meridiem intra quadraginta leucas dictarum orarum littoralium earundem magnam insulam vulgariter appellat *Ile de Sable* vel *Sablon* includen jacen versus *Carban* vulgo *south-south-east* circa triginta leucas a dicto *Cap Britton* in mari et existen in latitudine quadraginta quatuor graduum aut eo circa Quaequidem terras praedict omni tempore affuturo nomine *NOVAE SCOTIAE* in America gaudebunt quas etiam praefatus Dominus Willemus in partes et portiones sicut ei visum fuerit dividet eisdemque nomina pro bene placito imponet Una cum omnibus fodinis tam regalibus auri et argenti quam aliis fodinis ferri plumbi cupri aeris stanni aliisque mineralibus quibuscunque cum potestate effodiendi ac de terra effodere causandi purificandi et repurgandi easdem et convertendi ac utendi suo proprio usui aut aliis usibus quibuscunque sicuti dicto Domino Willemo Alexander haeredibus suis vel assignatis aut iis quos suo loco in dictis terris stabilire ipsum contigerit visum fuerit (Reservando solummodo nobis et successoribus nostris decimam partem metalli vulgo *ore* auri et argenti quod ex terra in posterum effodietur aut lucrabitur) Reinquendo dicto Domino Willemo suisque praedict quodcunque ex aliis metallis cupri chalibis ferri stanni plumbi aut aliorum mineralium nos vel successores nostri quovismodo exigere possumus ut eo facilius magnos sumptus in extrahendis praefatis metallis tolerare possit Una cum margaritis vulgo *pearle* ac lapidibus praeciosis quibuscunque aliis lapidinis silvis virgultis mossis marresiiis lacubus aquis piscationibus tam in aqua salsa quam recenti tam regalium piscium quam aliorum venatione occupatione commoditatibus et haereditamentis quibuscunque Una cum plenario jure privilegio et jurisdictione liberae regalitatis capellae et cancellariae imperpetuum cumque donatione et patronatus jure ecclesiarum capellaniarum et beneficiorum cum tenentibus tenandriis et libere tenentium servitiis earundem una cum officiis justiciariae et admiralitatis respective infra bondas respective supra mentionat Una cum potestate civitates liberos burgos liberos portus villas et burgos baroniae erigendi et fora et nundinas infra bondas dict terrarum constituendi curias justiciariae et admiralitatis infra limites dict terrarum fluviorum portuum et marium tenendi una etiam cum potestate imponendi levandi et recipiendi omnia tolonia custumas anchoragia aliasque dict burgorum fororum nundinarum et liberorum portuum devorias et eisdem possidendi et gaudendi adeo libere in omnibus respectibus sicuti quisvis baro major aut minor in hoc regno nostro Scotiae gavisus est aut gaudere poterit quovis tempore praeterito vel futuro cum omnibus aliis praerogativis privilegiis immunitatibus dignitatibus casualitatibus proficiis et devoriis ad dictas terras maria et bondas earundem spectan et pertinen et quae nos ipsi dare vel concedere possumus

adeo